

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Commentarii in primvm, secvndvm, tertivm, et quintum Ethicorum Philippi Melanchthonis**

**Melanchthon, Philipp  
Aristoteles**

**Argentinae, 1535**

**VD16 A 3417**

Scholia capituli V. de ideis

**urn:nbn:de:bsz:31-106587**

COMMENTARIA

quàm Christiana uita dici poterit, aut pars quaedam  
est aeternae uitae. Versantur enim in actionibus & la-  
boribus humanis, nempe in studijs. Christiana uerò  
Christiana= cognitio, est diuinitus in adfectionibus exerceri, &  
na cogni= erudiri. Id fit etiam in medijs occupationibus Reipu-  
blicae, ut in Dauide cerni potest.

SCHOLIA CAPITIS V.

DE IDEIS.

**H**ic locus de Ideis, de quo disputat in praesentia  
Aristoteles, extat in Philebo Platonis. Est au-  
tem Platonis sententia non admodum obscura, sed  
ab hominibus alienis à studio eloquentiae nõ satis in-  
tellecta. Nihil enim magis idonei sunt, praesertim  
ad Platonis philosophiam tractandam, qui non atti-  
gerunt eloquentiae studia, quã ad lyram a sinus. Neq;  
uerò necesse est hoc loco repetere omnium Neoteri-  
corum somnia de Ideis. Sunt qui arbitratur hanc  
esse Platonis sententiam, in animis hominũ esse Ideas  
simul natas nobiscum, hoc est, notitias aliquarum re-  
rum, & in alijs Ideas esse aliarum rerum excitatio-  
res, : sicut in Homeri mente Ideam quandam boni  
poëmatís. In mente Iosquini Ideam musices, per quã  
sentire ac iudicare poterat, qui soni essent suauissi-  
mi. Et ad hanc Ideam efficere optimam cantionem,  
tanquam ad exemplum. In Caio Cesare Ideam forti-  
tudinis, per quam ad fortitudinem commoueretur.

In Cice

IN ETHICA ARIST.

In Cicerone eloquentiæ Ideam, per quam senserit, que forma orationis esset optima, quã sequutus atq; imitatus effecerit optimam orationẽ. In Bruti mente aliam quandam eloquentiæ Ideam insedisse, quã sequutus, probauerit genus dicendi augustius. Et qui hoc sensisse Platonem iudicant, non negant has Ideas discendo perfici. Si quis autem magnopere cõtenderit hanc Platonis esse sententiam, is hoc quoq; loco, ita statuet, felicem cum esse qui habet uirtutum Ideas, id est, cognatas notitias, & quidem illustiores quàm uulgus habet, quæ non modo ducunt ad cognitionem, sed etiam trahunt ac impellunt ad agendum: sicut Imperator fortis est, qui in animo habet à natura insitam imaginẽ fortitudinis, cuius pulchritudine capitur, ut fortitudinẽ adprobet, inciteturq; ad eam præstandam. Mibi nõ admodum neq; à Platone abhorrere, neq; à uero procul abesse hæc explicatio Idearum uidetur. Nam perfecta uirtus est, non quæ tantũ efficitur nostro conatu, sed ad quam etiam motu aliquo naturali commouemur, cum motum uel causam eius motus Ideam aliqui uocant. Arbitrantur enim notitia quadã singulari, & exercitatore q̃ sit in reliquis Iosquinũ sentire quid sit suauissimum, & defixum in eius consideratione efficere optimã cantilenam. Itaq; si quis hoc sequatur, est Idea causa illius motus, quem Aristoteles uocat *φύσις*

COMMENTARIA

omnibus & per se. Sed Aristoteles concedit esse in alijs alios motus naturales. Certe enim aliò natura ducebatur Cesar aut Marius, quàm Iosquinus. Negat autem alias notitias alijs à natura esse inditas, tantùm communes notitias principiorum, ut uocant, nobiscum nasci iudicat, sed iuxta in omnibus sanis ac non monstris.

Sed manifeste apparet ex sexto de Republica, **idea perfecte rei cognitione.** Platonem ciuilius loquentum esse de Ideis, & ideam nihil aliud appellasse, nisi perfectam rei cognitionem, & quidem doctrinam, & usu comparatam, atque confirmatam. Et ait Ideas æternas atque immutabiles esse: quia perfecta cognitio uniuscuiusque rei perpetua est & semper sui similis, quum intelligimus causas rei necessarias, sicut & Aristoteles scripsit, Demonstrationes esse necessarias, & perpetuas, quia continent rerum causas, quas qui peruidet, is penitus introrsum cit rem, nec falli potest. Et quoniam ex illis causis semper easdem conclusiones, eosdem effectus sequi necesse est, ideo dicuntur perpetuæ, & immutabiles demonstrationes. Sed qui non peruidet causas rerum, qui nullas demonstrationes tenet, sed à uulgo sumit opiniones, is sæpe turpiter fallitur: & ut ait Plato, non res ipsas, sed simulachra rerum intuetur, qualia in aqua apparent. Quid est autem incertius, quid fugacius, quàm imagines quas aqua reddit? Ita indocti nihil certi de uirtutis officijs statuere possunt, sæpe enim

IN ET

inim specie recti  
preceptorum fo  
tarum morunt d  
promissa serua  
sed etiam in re  
to requirit per  
tatem colloca  
nes actiones.

Errat Ar  
in aginem, q  
mus imperato  
animo scienti  
tuens omnia  
steneat eloq  
qua uidet,  
exaltare non  
teneat, quan  
Tota Platon  
minimus si  
ra nemine po  
illere. Erant  
ste, qui tant  
esse artem de  
uilem. Hos  
nullam habu  
uulgares qua

IN ETHICA ARIST.

enim specie recti decipiuntur, quia non peruident  
 præceptorum fontes nec pro uarietate circumstan-  
 tiarum norunt illa interpretari, ut quî audit uulgus  
 promissa seruanda esse, non interpretatur regulam  
 sed etiam in re turpi seruandam esse putat. Ideo Pla-  
 to requirit perfectam doctrinam, & in hac felici-  
 tatem collocat: quia perfecta doctrina gubernat om-  
 nes actiones.

Errat Architectus, nisi teneat inclusam in animo  
 imaginem, quam in ædificando imitetur. Nemo bo-  
 nus imperator existere potest, nisi comprehenderit  
 animo scientiam rei militaris uniuersam, in quam in-  
 tuens omnia gerat. Nemo eloquens esse potest, ni-  
 si teneat eloquentiæ formam, insidentem menti, ex  
 qua iudicet, qualis oratio sit optima. Ita uir bonus  
 existere non potest, nisi perfectam uirtutis notitiã  
 teneat, quam in omnibus deliberationibus sequatur  
 Tota Platonis disputatio tantum huc spectat, ut me-  
 minerimus sine philosophia, & sine perfecta doctri-  
 ra neminẽ posse felicem, aut uere bonum uirum ex-  
 istere. Erant enim illis temporibus in Græcia Sophi-  
 stæ, qui tantum Rhetoricam tradebant, eamq; unã  
 esse artem docebant ad bene præclareq; uiuendum  
 uilem. Hos ubiq; exagitat Plato, & ostendit eos  
 nullam habuisse solidam & certam doctrinam. Sed  
 uulgares quasdam opiniones, ad quas ineruditam

quandam exercitationem dicendi sine Dialectica adhibere solebant. Ideo Plato magnifice prædicat alterum doctrine genus quod Philosophi profitebantur, qui rerum & morum causas & fontes iuxta Dialecticæ præcepta querebant. Ac uero iure prædicanda est hæc diligentia, sine qua nemo de magnis rebus recte iudicare potest. Est autem Plato grandi quodam sono orationis usus, & figuris splendidis. Has Neoterici quæ non intelligerent somniarunt Ideas uocari Deum, & nescio quas mentes delabentes diuinitus in hominû animos: quæ Plato longe aliud senserit. Nihil enim aliud uocat Ideam, quam quod Aristoteles speciem adpellat, sed ita, si sit perfecte cognita atq; comprehensa, si definitio, si causæ perfectæ sint. Neq; tamen negandum est, ad perfectam notitiam consequendam multum conducere, si cui contigerint naturales motus illi, qui ad aliquam certam artem inclinant animum. Perfectiorem enim boni carminis imaginem complectitur Homerus, quam Choerilus: quia à natura ea in re adiuuatur. Et huiusmodi naturalium motuum mentionem facit Plato in Phædro de Idea disputans, ubi docet perfectam notitiam ita posse contingere, si animus excitetur naturalium impetu. Nec aliud ibi significat Idea, quam aliis uidelicet perfectam notitiam, & imaginem rei inclusam animo, & iuxta Dialecticæ præcepta comprehensam

Idea quid sit & significet.

IN E  
 precesam: qu  
 erit, quod à nat  
 eloquentia Pla  
 rari interpret  
 tur, quæ hoc q  
 lecticen ignite  
 rum disputat.  
 pretetur Plat  
 absurdam: n  
 disidare. Id  
 les. Sicut enim  
 artis et adific  
 perfecte sapi  
 mus eum, qui  
 plexus est. E  
 collocat, ita  
 tia collocari,  
 enim loquimur  
 ni perfecta no  
 sum, qui non  
 dum est colloc  
 bitu durabili  
 bus, quia reg  
 firmus eam  
 habet, quam  
 bonum defini

IN ETHICA ARIST.

prehensam : quæ tamen in tali ingenio perfectior  
 erit, quod à natura adiuuatur. Porro hoc loco gran  
 diloquentia Platonis, & figura ille poëtica decepe  
 runt interpretes, ut longe aliud docere illum arbitrè  
 tur, quàm hoc agat unum, ut studia hominum ad Dia  
 lecticam inuitet, interea obiter de uarietate ingenio=  
 rum disputat. Si quis autem hoc modo dextre inter=  
 pretetur Platonem, intelligit eius sententiam nõ esse  
 absurdam : nec magnopere ab Aristotelis sententia  
 disidere. Id quod in fine significat etiam Aristote=  
 les. Sicut enim perfectum Architectum dicimus, qui  
 artis et ædificij formam in animo inclusam habet, ita  
 perfecte sapientem seu bonum uirum dicere possu=  
 mus eum, qui scientiam uirtutis perfectam mente cõ  
 plexus est. Et ut Aristoteles in actione sclicitatem  
 collocat, ita intelligamus eam à Platone in illa noti  
 tia collocari, quia gignat et gubernet actiones. Neq;  
 enim loquitur Plato de ociosa notitia. Et fieri nequit  
 ut perfecta notitia existat in eo, qui non adhibet u=  
 sum, qui non agit, non exerceat eam. Nec absur=  
 dum est collocare sclicitatem in notitia, nempe in hæ  
 bitu durabili, qui certe hoc nomine prestat actioni=  
 bus, quia regit actiones : ut igitur Imperatorem de  
 finimus eum, qui perfectam scientiam rei militaris  
 habet, quam in rebus gerendis sequitur, ita uirum  
 bonum definire possumus, qui bono imaginem seu

Alias noti  
 tiam.

Ideam, hoc est, perfectam notitiam tenet, quam in omnibus officijs in consilium adhibet ac sequitur. Quid habet incommodi Platonis sententia sic intellecta? nec ab Aristotele multum dissentit, & apparet ueram, aut certe ualde probabilem esse. Fortassis autem de mea fide aliquis dubitet, suspicans me ciuilius interpretari Platonem, quam ille senserit. Verum sextus liber de Republica, quem hoc in loco perstringit Aristoteles, manifeste testatur Ideam prorsus aliud nihil significari, nisi perfectam rei notitiã & ut Dialectici loquuntur, demonstratiuam. Nam Plato ut sepe aliàs, ita in illo etiam loco  $\mu\alpha\sigma\tau\omega\iota$  Sophistas, hoc est, Rhetores, qui profitebãtur se uirtutis doctrinam tradere, quã causas rerum & fontes non inquirent iuxta Dialecticæ præcepta. Ad hæc suffragatur mihi Cicero, qui in perfecto Oratore Ideam sic intellexit, quã eloquentiæ Ideam uocat absolutam & propriam definitionem seu descriptionem. Sed dicat aliquis, Quur igitur præter rem litigat hic Aristoteles cum Platone?

Fecit hoc Aristoteles, non ut stulti putant odio Platonis, sed quadam naturæ dissimilitudine, commotus. Nam quã esset ad exile oratoris genus factus & studeret proprie loqui in docendo, non potuit æquo animo ferre impropriad illam Platonis grandiloquentiam, præsertim parum ad docendum utilem

Ideæ diffinitio.

im. Quare qui al  
cogit. Significat  
nem quendam bon  
ullam imago boni  
has concipi potest  
sorum & uelium  
interesse inter  
ille sic uolebat  
& propriam  
iis, & inter  
stantijs. Longe  
rata, quã qualis  
tenacitæ similis  
cognitione uia  
illo sit. Sed Ar  
Nam omnes q  
tionis, natura  
Quod uer  
non hoc uult co  
esse Ideam. De  
gnosceret, & c  
eius consider  
fatis est, nosse  
SCH  
Hic recen  
bonum



IN ETHICA ARIST.

lem. Quare quā aliās irridet Ideas, tum hic etiam  
 exagitat, significat improprie loqui Platonem, quā  
 unam quandam boni imaginem concipere iubet. At  
 nulla imago boni cōmunis substantijs & accidenti-  
 bus concipi potest. Non est communis imago hone-  
 storum & utilium. Irridet & hoc quod Plato dixit  
 interesse inter αὐτὸν οὐδὲν ὄντων, & αὐθροτων, quod  
 ille sic uolebat accipi, multum interesse inter nudam  
 & propriam rei cognitionem detractis circumstan-  
 tijs, & inter rem cognitam, qualis haeret ni circun-  
 stantijs. Longe alia res est fortitudo per se consyde-  
 rata, quā qualis est in Catone, ubi propemodum per-  
 tinacie similis est. Uolebat autem Plato in perfecta  
 cognitione nudam rem cerni, non qualis in hoc aut  
 illo sit. Sed Aristotelem uerborum nouitas offendit.  
 Nam omnes qui amant exile & propriū genus ora-  
 tionis, natura abhorrent e grandi & improprio.

Quod uero Plato totam Ideam complecti iubet  
 non hoc uult communem substantijs & accidentibus  
 esse Ideam. De uirtute loquitur, hanc totam iubet co-  
 gnoscere, & causas & pulchritudinem, hoc est, uim  
 eius consyderare, quia ad recte uiuendum neutiquā  
 satis est, nosse uulgares opiniones de moribus.

SCHOLIA CAPITIS VI.

**H**lc recenset quandam Pythagorae sententiā, qui  
 bonum dixit unū esse, malum uero multiplex